FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 15.01.1724

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 81

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238581

Visual Library

14 C 20 9

Berolini Jan. XV.
CIƆIƆCCXXIV.

87

Vir Summe Reverende,
Parens atque Praeceptor ex animo colende,

Literarum tuarum argumentum Dominae recitavi, quae quidem gratum sibi esse sinit, quoties-cunque tui rerumque tuarum mentionem facio. Socrus B. Dn. Pastoris Baumgarti de nepote suo natu maximo iam sollicita est. Post futurum paschatis festum Halam illum remittere agitat, ut denuo experiatur, an felicius, per pulmonum imbecillitatem, aëre isto usurus sit, quam nuper factum est. Magnopere autem exoptat, ut fidus illi contubernalis obtingat, qui coniunctis cum illo studiis utilitati eius serviat. XL. Imperiales illi/claceram promittit. De convictoribus quoque modestis eligendis si consilia suppeditari possint, multum laetabitur. Cum audisset, me ad Te, Vir Summe Reverende, scripturum esse, rogavit, ut hanc rem de meliore nota tibi commendarem: ~~quod~~ quod nunc quidem facio, simulque literis

cum

cum his coniunctis Dn. Callenbergium rogo, ut, quantum rationes eius ferent, rei invigilet, ac tecum comunicet. Cæterum omnes nos per dei gratiam hucusque valemus. Filia Gen. Dn. de Grombko, quæ Podewelsio nupsit, in flore ætatis imatura morte ut aiunt, extincta est. Quæ iussu Dominæ hodie scribenda mihi fuerunt, ideo in chartam separatim conieci, ut comodius de illis cum ornatissima coniuge tua communicare posses. Dominam cum regina propediem Potsdamum abituram ibique aliquantisper comoraturam audio. In Domino vale, VIR summe Reverende, et amore tuo paterno complectere

Tuum

omni cultu et obsequio

Augustum John.

A Monsieur
Monsieur Franck
Professeur en Theo-
logie
a
Halle.

Franckesche Stiftungen zu Halle